

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 25

**Autre(s) référence(s) :** Tabuteau 64

**Auteur(s) :** Hugues de Flamanville [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Rouen, Sainte-Catherine ou La Trinité-du-Mont (abbaye)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1054, 1 novembre-1078, 25 janvier]

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Hugues de Flamanville a vendu aux moines de La Trinité la dîme qu'il tenait de son seigneur Raoul de La Varenne à Omonville et un manse de terre et la coutume de mouture dudit manse, et une dîme de Mautheville (ou Motteville), et un jardin et une dîme de Roumare (?) et d'autres terres de Mautheville (ou Motteville) pour 40 sous. Il a donné également toute la dîme des charrues des hommes qui lui appartenaient à Flamanville. Son seigneur, ledit Raoul, y a donné son accord avec sa femme et ses fils.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Deville Achille, *Cartulaire de la Sainte-Trinité-du-Mont de Rouen*, Paris, Crapelet (Collection de documents inédits sur l'histoire de France ; 1ère série), 1840, n° XXXI, p. 437-438.

Texte établi d'après a

Vir quidam, nomine Hugo de Flamenvilla, vendidit Sanctæ Trinitatis monachis decimam quam tenebat de domino suo Rodulfo de Waretha, in Amundi Villa, et terram unius mansi, annuente ipso Rodulfo, qui etiam, accepto precio a monachis, dedit illis consuetudinem moltae quæ sui juris erat in predicto manso. Et in Maltevilla decimam quam ex supradicto viro et ex alio nomine Willelmo, filio Walonæ, tenebat, et unum hortum et decimam culturæ de Ramara. Item in eadem villa dimidiā terræ mansuram, quam tunc temporis quidam rusticus, nomine Ulricus, de illo tenebat, ad quam etiam septem acros arabiles addidit ; totam quoque terram quam in capite ejusdem villæ habebat. Adhuc etiam juxta horreum nostrum in eadem villa unum hortum, si absque calumnia habere posset ; sin autem non posset, tres acros arabiles juxta eundem hortum daret. Item in capite prædictæ Maltevillæ ab illis videlicet septem suprascriptis, decem acras terræ usque ad viam, pro quadraginta solidis denariorum, in hereditatem nobis vendidit. In Flamenvilla quoque ipse predictus Hugo totam propriæ carrucæ decimam, necnon et omnium virorum ejusdem villæ ad se pertinentium, tam vernaculorum quam rusticorum, nobis tradidit ac donavit. Post modicum tempus pretaxati Hugonis dominus, scilicet supra memoratus Rodulfus, et uxor ejus, vocabulo Emma, ac filii eorum Rodulfus et Willelmus, ad nostrum venerunt monasterium ; una cum eis venit ipse Hugo, rogavit eos ut harum omnium conventionum donationem in perpetuam hereditatem facerent, et coram altari Sanctæ Trinitatis suis manibus cartam signarent, et fecerunt. Harum omnium conventionum testes multi sunt ; et maxime hi qui eodem die quo ejus puer monachus est effectus interfuerunt. Coram quibus ipse etiam predictus Hugo cartam manu sua firmavit, ibidem abbate Rainerio cum suis monachis astante.

Signum RODULFI de Waretha. Signum VIDONIS de Briothna. Signum WILLELMI, filii Walonis. Signum EMMÆ, uxoris Rodulfi de Waretha. Signum RODULFI, filii eorum. Signum WILLELMI, fratri ejus. Signum

ipsius HUGONIS de Flamenvilla. Signum ROTBERTI, filii ejus. Signum GISLEBERTI, filii ejusdem. Signum RODULFI de Wesneval. Ex nostra parte : signum RICARDI, senescal. Signum OSMUNDI, marescal. Signum BERNARDI, coci. Signum ANSFREDI, coci.